

do in Judaismo: quoniam supra modum persecuebar Ecclesiam Dei, & expugnabam illam, & proficiebam in Judaismo supra multos coetaneos meos in genere meo, abundantius aemulator existens paternarum mearum traditionum. Cum autem placuit ei, qui me segregavit ex utero matris meae, & vocavit per gratiam suam, ut revelaret Filium suum in me, ut evangelizarem illum in Gentibus: continuo non acquievi carni & sanguini, neque veni Jerosolyman ad antecessores meos Apostolos, sed abii in Arabiam: & iterum reversus sum Damascum: deinde post annos tres veni Jerosolyman videre Petrum, & mansi apud eum diebus quindecim: alium autem Apostolorum vidi neminem, nisi

Jacobum fratrem Domini. Quae autem scribo vobis, ecce coram Deo quia non mentior.

FESTA JULII.

II. JULII.

In festo Visitationis Beatae Mariae Virginis.

Lectio libri Sapientiae.

ECce iste venit saliens in montibus, transiens colles: similis est dilectus meus capreae, hinnuloque cervorum. En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos. En dilectus meus loquitur mihi: Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni. Jam enim hyems transiit, imber abiit & recessit. Flores apparuerunt in terra nostra, tempus pu-

ta-

tationis advenit: vox turris audita est in terra nostra: ficus protulit grossos suos: vineae florentes dederunt odorem suum. Surge amica mea, speciosa mea, & veni: columba mea in foraminibus petrae, in caverna maceriae, ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, & facies tua decora.

III. JULII.

INFRAOCTAVAM

Sanctorum Apostolorum

Petri & Pauli.

Lectio Actuum Apostolorum.

IN diebus illis: Per manus Apostolorum fiebant signa, & prodigia multa in plebe. Et erant unanimiter omnes in porticu Salomonis. Caeterorum au-

tem nemo audebat se conjungere illis: sed magnificabat eos populus. Magis autem augebatur credentium in Domino multitudo virorum, ac mulierum, ita ut in plateas ejicerent infirmos, & ponerent in lectulis ac grabatis, ut, veniente Petro, saltem umbra illius obumbraret quemquam illorum, & liberarentur ab infirmitatibus suis. Concurrerat autem & multitudo vicinarum civitatum Jerusalem, afferentes aegros, & vexatos a spiritibus immundis: qui curabantur omnes.

VI.

VI. JULII.
In Octâva SS. Apostolô-
rum Petri & Pauli.

Léctio libri Sapiéntiæ.

Eccl.
44. b

HI viri misericór-
diæ sunt, quo-
rum pietates
non defuérunt: cum sé-
mine eorum permánent
bona, hæreditas sancta ne-
potes eorum: & in testa-
méntis stetit semen eô-
rum: & filii eorum prop-
ter illos usque in ætérnum
manent: semen eorum,
& glória eorum non dere-
linquétur. Córpora ipsô-
rum in pace sepúlta sunt,
& nomen eorum vivit in
generatióem & genera-
tióem. Sapiéntiam ip-
sorum narrent pópuli,
& laudem eorum nuntiet
ecclésia.

VIII. JULII.
In festo S. Elisabeth Reg.
Portugal. Epist. Mulie-

rem fortem, de com-
mún. nec Virg. nec Mart.
pag. xxi.

X. JULII.

In festo SS. Mart. Septem
fratrum, ac Rufinæ, &
Secúndæ Virg. & Mart.
Epist. Mulierem fortem,
de commún. nec Virgin.
nec Martyr. pag. xxi.

XI. JULII.

Sancti Pii Papæ & Már-
tyris. Epist. Charíssimi,
Beátus vir, qui suffert,
de comm. unius Martyr.
pag. i.

XII. JULII.

In festo S. Joánnis Gual-
bérti Abbátis. Epist. Di-
léctus Deo, de commún.
Abbat. pag. xviii.

XIII. JULII.

In festo sancti Anacléti
Papæ & Mart. Epísto-
la: Fratres, Benedictus

Deus,

Deus, de commún. unius
Martyr. Pontif. pag. ii.

XIV. JULII.

In festo S. Bonaventúre
Epíscopi & Confes. &
Ecclésiæ Doctor. Epist.
Charíssime, Testíficor
coram Deo & Jesu Chris-
to, de comm. Doctor.
pag. xv.

XV. JULII.

In festo S. Henríci Impe-
ratôris Confes. Epistol.
Beátus vir, de commúni
Confessor. non Pontific.
pag. xvi.

XVI. JULII.

In festo Commemoratiô-
nis B. M. V. de Monte
Carmélo.

Léctio libri Sapiéntiæ.

Eccl.
24. c

EGo quasi vitis fruc-
tificávi suavità-
tem odôris: & flo-
res mei fructus honôris

& honestâtis. Ego mater
pulchræ dilectiônis, &
timôris, & agnitiônis, &
sanctæ spei. In me grátia
omnis viæ & veritâtis, in
me omnis spes vitæ, & vir-
tútis. Transíte ad me om-
nes, qui concupíscitis me,
& à generatióibus meis
implémini: Spíritus enim
meus super mel dulcis, &
hæreditas mea super mel
& favum: Memoria mea
in generatióes sæculô-
rum. Qui edunt me, ad-
huc esúrient, & qui bi-
bunt me, adhuc sítient.
Qui audit me, non con-
fundétur: & qui operán-
tur in me, non peccá-
bunt. Qui elucidant me,
vitam ætérnam habébunt.

XVII.

XVII. JULII.
Sancti Aléxii Confes-
sôris.

Léctio Epístolæ Beáti
Pauli Apóstoli ad
Timótheum.

Charissime, Est
 quæstus magnus
 pietas cum suffi-
 ciëntia. Nihil enim intú-
 limus in hunc mundum:
 haud dúbium quòd nec
 auferre quid pòssumus.
 Habéntes autem alimén-
 ta, & quibus tegámur,
 his conténti sumus. Nam
 qui volunt dívites fieri, ín-
 cidunt in tentatióem &
 in láqueum diaboli, & de-
 sidéria multa inútilia &
 nocíva, quæ mergunt hó-
 mines in intéritum & per-
 ditióem. Radix enim
 ómnium malórum est cu-
 píditas: quam quidam
 appeténtes, erravérunt à
 fide, & inseruérunt se do-
 lóribus multis. Tu autem,

1. Ti-
 mor.
 6. b.

ò homo Dei, hæc fuge:
 sectâre verò justítiam,
 pietâtem, fidem, charitâ-
 tem, paciëntiam, mansue-
 tudinem. Certa bonum
 certâmen fidei, appre-
 hénde vitam ætérnam.

XVIII. JULII.
In festo S. Camilli de
Lélliis Confessôris.

Léctio Epístolæ Beáti
Joánnis Apóstoli.

Charissimi, Nolíte
 mirári, si odit
 vos mundus. Nos
 scimus, quóniam trans-
 láti sumus de morte ad
 vitam, quóniam diligi-
 mus fratres. Qui non dí-
 ligit, manet in morte:
 omnis qui odit fratrem
 suum, homicída est. Et
 scitis, quóniam omnis ho-
 micída non habet vitam
 ætérnam in semetíp-
 so manéntem. In hoc
 cognóvimus charitâtem

Dei,

Dei, quóniam ille áni-
 mam suam pro nobis pò-
 suit: & nos debémus pro
 fratribus ánimas pónere.
 Qui habúerit substán-
 tiam hujus mundi, & ví-
 derit fratrem suum neces-
 sitâtem habère, & cláuse-
 rit víscera sua ab eo: quò-
 modò charitas Dei ma-
 net in eo? Filioli mei, non
 diligámus verbo, neque
 lingua, sed ópere, & ve-
 ritâte.

XIX. JULII.
In festo sancti Vincéntii
à Paulo Conf. Epist. Fra-
tres, Spectáculum facti
sumus, de comm. Con-
fes. non Pontífic. pag.
xvi.

XX. JULII
Sanctæ Margarítæ Virg.
& Martyr. Epistol. Dó-
mine Deus meus, de com-
mûni Virg. & Martyr.
pag. xix.

DIE XX. JULII.
In festo Sanct. Hierony-
mi Æmiliáni.

Léctio Isaíæ Prophétæ.

Frange esuriënti pa-
 nem tuum, & egé-
 nos, vagósque ín-
 duc in domum tuam: cum
 víderis nudum, óperi-
 eum & carnem tuam ne
 despéxeris. Tunc erúm-
 pet quasi manè lumen
 tuum, & sánitas tua cí-
 tiùs oriétur, & anteíbit
 faciém tuam justítia tua,
 & glória Dómini colliget
 te. Tunc invocâbis, &
 Dóminus exáudiet: cla-
 mâbis, & dicet: Ecce ad-
 sum; si abstúleris de
 médio tui caténam, & de-
 síeris exténdere dígitum,
 & loqui quod non pro-
 dest. Cùm effúderis esu-
 riënti ánimam tuam, &
 ánimam afflictam replé-
 veris, oriétur in ténebris
 lux tua, & ténebræ tuæ

Isaie
 58.

Cc

erunt

erunt sicut merídes. Et réquiem tibi dabit Dóminus semper, & implébit splendóribus ánimam tuam, & ossa tua liberábit, & eris quasi hortus irríguus, & sicut fons aquárum, cujus non deficient aquæ.

XXI. JULII.
Sanctæ Praxedis Virgínis.
Epistol. Fratres, De Virgínibus, de comm. Virg. pag. xx.

XXII. JULII.
In festo sanctæ Mariæ Magdalénæ.

Lectio libri Sapiéntiæ.

Surgam, & circuibo civitatem: per vicus & platéas quæram quem diligit ánima mea: quæsi vi illum, & non invéni. Invenérunt me vígiles, qui custodiunt civitatem: Num

quem diligit ánima mea, vidístis? Paululum cum per transissem eos, invéni quem diligit ánima mea: tenui eum: nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubículum genitrícis meæ. Adjuro vos filiæ Jerúsalem per cápreas cervosque campórum, ne suscitétis, neque evigiláre faciátis diléctam, donec ipsa velit. Pone me ut signáculum super cor tuum, ut signáculum super bráchium tuum: quia fortis est ut mors diléctio: dura sicut inférnus æmulatio: lámpades ejus lámpades ignis atque flammárum. Aquæ multæ non potuérunt extingueré charitatem, nec flúmina obruent illam: si déderit homo omnem substántiam domus suæ pro dilectiône, quasi nihil despiciet eam.

XXIII.

XXIII. JULII.
In festo S. Apollinâris Episcopi & Mártiris.

Lectio Epistolæ Beati Petri Apóstoli.

Charíssimi, Seniores, qui in vobis sunt, óbsecro, consénior & testis Christi passiónum: qui & ejus, quæ in futúro revelánda est, glóriæ comunicátor: páscite qui in vobis est gregem Dei, providéntes non coactè, sed spontanéè secúndum Deum: neque turpis lucrigrátia, sed voluntáriè: neque ut dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex ánimo. Et cum apparúerit princeps pastórum, percipiétis immarcescibilem glóriæ coronam. Simíliter adolescentes súbditi estóte senióribus. Omnes autem invicem humilitatem insinuá-

te, quia Deus supérbis résistit, humílibus autem dat grátiam. Humiliámini ígitur sub poténti manu Dei, ut vos exáltet in témpore visitatiónis: omnem sollicitúdinem vestram projiciéntes in eum, quóniam ipsi cura est de vobis. Sóbrii estóte, & vigilate: quia adversárius vester diábolus tamquam leo rúgiens circuit, quærens quem devoret: cui resistite fortes in fide: sciéntes eámdem passiónem ei, quæ in mundo est, vestræ fraternitati fieri. Deus autem omnis grátia, qui vocávit nos in ætérnam suam glóriam in Christo Jesu, módicum passos ipse perficiet, confirmábit, solidábitque. Ipsi glória, & impérium in sæcula sæculórum. Amen.

XXIV. JULII.
In Vigília sancti Jacóbi

Cc 2

Após-